



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmma Totivs Theologiae S. Thomae Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Tertium

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

De superbia in communi. Quæstio 162.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38803

De superbia, in octo articulos diuisa.

Postea considerandum est de superbia. Et primo, de superbia in communi. Secundo, de peccato primi hominis quod ponitur esse superbia.

- ¶ Circa primum quærentur octo.
 ¶ Primo, vtrum superbia sit peccatum?
 ¶ Secundo, vtrum sit vitium speciale?
 ¶ Tertio, in quo sit sicut in subiecto?
 ¶ Quarto, de speciebus eius.
 ¶ Quinto, vtrum sit peccatum mortale?
 ¶ Sexto, vtrum sit grauissimum omnium peccatum?
 ¶ Septimo, de ordine eius ad alia peccata.
 ¶ Octauo, vtrum debeat poni vitium capitale?

ARTIC. I.

Vtrum superbia sit peccatum?

784

1.2.9.84

ar. 2. 8

Mal. 9. 8

ar. 2. ad

16. et Ps.

46. co. 1.

c. 292. ha

betur in

ter opera

Aug. in

fin. 10. 3.

Idē dicit

li. 11. sup.

Gen. c. 14

a me. 10.

mo 3.

c. 6. 10. 1.

c. 8. 10. 5.

Ad primum sic proceditur. Videtur, quod superbia non sit peccatum. Nullum enim peccatum est re promissum à Deo. Promittit enim Deus quod ipse facturus est: non est autem actor peccati. Sed superbia connumeratur inter re promissiones diuinas. Dicitur enim Isaiæ 60. Ponam te in superbiam seculorum: gaudium in generationem & generationem. Ergo superbia non est peccatum.

¶ 2 Præterea, Appetere diuinam similitudinem non est peccatum. Hoc enim naturaliter appetit quilibet creatura, & in hoc optimum eius consistit: & præcipue hoc conuenit rationali creatura, quæ facta est ad imaginem & similitudinem Dei. Sed sicut dicitur in libro * sententiarum Prosperi, Superbia est amor propriæ excellentiæ, per quam homo Deo assimilatur, qui est excellentissimus. Vnde dicit Augustinus in 2. Confess. Superbia celsitudinem imitatur: cum tu sis vnus super omnia Deus excelsus. Ergo superbia non est peccatum.

¶ 3 Præterea, Peccatum non solum contrariatur virtuti, sed etiam opposito vitio, vt patet per Philosophum in 2. Ethi. Sed nullum vitium inuenitur oppositum

ficum esse superbia. Ergo superbia non est peccatum. SED contra est, quod dicitur Tob. quarto, Superbiam numquam in tuo sensu, aut in tuo verbo dominari permittas.

RESPONDEO dicendum, quod superbia nominatur ex hoc quod aliquis per voluntatem tendit supra id quod est. Vnde dicit Isidor. in lib. * Etymologiarum, Superbus dicitur est, quia superuult videri, quam est. Qui enim vult supergredi quod est, superbus est. Habet autem hoc ratio recta, ut voluntas vniuscuiusque feratur in id quod est proportionatum sibi: & ideo manifestum est quod superbia importat aliquid quod aduersatur rationi rectæ. Hoc autem facit rationem peccati: quia secundum Dionysium quarto capite de * diuinis nominibus, Malum animæ est præter rationem esse. Vnde manifestum est quod superbia est peccatum.

Ad primum ergo dicendum, quod superbia dupliciter accipi potest. Vno modo, ex eo quod supergreditur regulam rationis. Et sic dicimus eam esse peccatum. Alio modo potest superbia nominari simpliciter à superexcessu. Et secundum hoc omne superexcedens potest nominari superbia. Et ita re promittitur à Deo superbia, quasi quidam superexcessus bonorum. Vnde & glo. Hier. * dicit ibidem, quod est superbia bona & mala. Quamuis etiam dici possit quod superbia ibi accipitur materialiter pro abundantia rerum, de quibus possunt homines superbire.

Ad secundum dicendum, quod eorum quæ naturaliter homo appetit, ratio est ordinatrix: & ita si aliquis à regula rationis recedit vel in plus vel in minus, erit talis appetitus vitiosus: sicut pater de appetitu cibi, qui naturaliter desideratur. Superbia autem appetit excellentiam in excessu ad rationem rectam. Vnde Augustinus * dicit in decimo quarto de ciuitate Dei, quod superbia est peruersæ celsitudinis appetitus. Et inde est etiam, quod sicut Augustinus † dicit in decimo nono de ciuitate Dei, superbia peruersæ

lib. 10. c. 18. cuius ini est sapiens, civ. med.

pa 4. non mul. procul ante finem.

in sen. habetur in com. ad c. 61. 1. sa. parum a me. to. 5.

c. 13. civ. prin. to 7. ca. 12. a me. ill. us to. 5.

uerie imitatur Deum . Odit namque cum socijs æqualitatem sub illo; sed imponere vult socijs dominationem suam pro illo .

q. prac. 2.
1. ad 3.

Ad tertium dicendum , quòd superbia directe opponitur virtuti humilitatis, quæ quodam modo circa eadem cum magnanimitate existit, vt supra dictum est *. Vnde & vitium quod opponitur superbia, in defectum vergens, propinquum est vicio pusillanimitatis, quæ opponitur magnanimitati secundum defectum . Nam sicut ad magnanimitatem pertinet impellere animum ad magna contra desperationem, ita ad humilitatē pertinet retrahere animum ab inordinato appetitu magnorum contra præsumptionem . Pusillanimitas autem si importet defectum à prosecutione magnorum, proprie opponitur magnanimitati per modum defectus . Si autem importet applicationem animi ad aliqua viliora quàm hominem deceant, opponitur humilitati secundum defectum . Vtrumque enim ex animi paruitate procedit: sicut & è contrario superbia potest secundum superexcessum & magnanimitati & humilitati opponi secundum rationes diuersas: humilitati quidem, secundum quod subiectionem aspernatur: magnanimitati autem, secundum quod inordinate ad magna se extendit . Sed quia superbia superioritatem quamdam importat, directius opponitur humilitati: sicut & pusillanimitas quæ importat paruitatem animi in magna tendentis, directius opponitur magnanimitati .

785
infr. a. 8.
cor. 1.
2. q. 84.
a. 2. q. 2.
d. 1. q. 1.
ar. 3. cor.
d. 42.
q. 2. ar. 3.
ad 2.
Mat. 9. 8.
1. 2.
1. c. 29. 8. 7.
1. 3. c. 2.
parum a
ps. 117.

ARTIC. II.

Utrum superbia sit speciale peccatum?

Ad secundum sic proceditur . Videtur, quòd superbia non sit speciale peccatum . Dicit enim Augustinus* in libro de Natura & gratia, quòd sine superbiz appellatione nullum peccatum inuenies . Et Prosper dicit in libro de vita contemplatiua, quòd nullum peccatum sine superbia potest, vel potuit esse, aut poterit, Ergo superbia est generale peccatum .

¶ 2. Pre.

¶ 2 Præterea, Iob 33. Ut auertat hominem ab iniquitate: dicit gloss. * quod contra conditorem superbire, est eius præcepta peccando transcendere. Sed secundum Ambrosium *, Omne peccatum est transgressio legis diuinæ, & cælestium inobedientia mandatorum. Ergo omne peccatum est superbia.

* glo. ord.
* in li. de
para. c. 8
pari ante
mediu
tomo 4.

¶ 3 Præterea, Omne peccatum speciale alicui speciali virtuti opponitur. Sed superbia opponitur omnibus virtutibus. Dicit enim Gregorius trigesimo quarto Moralium *, Superbia nequaquam est vnus virtutis extinctione contenta: contra cuncta animæ membra se erigit: & quasi generalis ac pestifer morbus corpus omne corrumpit. Et Isidorus dicit in lib. * de summo bono, quod est ruina omnium virtutum. Ergo superbia non est speciale peccatum.

* lib. 2. r.
38. a me-
dio.

¶ 4 Præterea, Omne peccatum speciale habet specialem materiam. Sed superbia habet generalem materiam. Dicit enim Gregorius * libro trigesimo quarto Moralium, quod alter intumescit auro, alter eloquio, alter infimis & terrenis rebus, alter summis cælestibusque virtutibus. Ergo superbia non est speciale peccatum, sed generale.

* c. 18. in
princ.

SED contra est, quod Augustinus dicit in libro de natura & gratia. Quarat diligenter, & inueniet secundum legem Dei superbiam esse peccatum multum * discretum ab alijs vitijs. Genus autem non distinguitur à suis speciebus. Ergo superbia non est generale peccatum, sed speciale.

¶ c. 29. cir-
ca med.
10. 7.
* al. di-
stinctum.

RESPONDEO dicendum, quod peccatum superbiæ dupliciter potest considerari. Vno modo, secundum propriam speciem, quam habet ex ratione proprii obiecti. Et hoc modo superbia est speciale peccatum, quia habet speciale obiectum. Est enim inordinatus appetitus propriæ excellentiæ, vt dictum * est. Alio modo potest considerari secundum redundantiam quendam in alia peccata. Et secundum hoc habet quendam generalitatem, in quantum scilicet ex superbia oriri possunt omnia peccata duplici ratione.

art. præd.

Vno

Uno modo per se, in quantum scilicet alia peccata ordinantur ad finem superbiæ, qui est propria excellentia: ad quam potest ordinari omne id quod quis inordinate appetit. Alio modo indirecte, & quasi per accidens, scilicet remouendo prohibens, in quantum scilicet homo per superbiam contemnit diuinam legem, per quam prohibetur a peccando: secundum illud Ierem. 2. Confregisti iugum, rupisti vincula; dixisti, Non seruiam.

Sciendum tamen quod ad hanc generalitatem superbiæ pertinet quod omnia vitia interdum ex superbia oriri possint: non autem ad eam pertinet, quod omnia vitia semper ex superbia oriuntur. Quamuis enim omnia præcepta legis possit quis transgredi quilibetque peccato ex contemptu, qui pertinet ad superbiam: non tamen semper ex contemptu aliquis præcepta diuina transgreditur: sed quandoque ex ignorantia, quandoque ex infirmitate. Et inde est, quod sicut Augustinus dicit in libro * de natura & gratia, Multa perperam sunt, quæ non sunt superbiæ.

sa. 29. in
me. 10. 7.

cit. in ar
gum. 1.

in cor. a.

Ad primum ergo dicendum, quod Augustinus illa verba inducit in libro de natura & gratia*, non ex sua persona, sed ex persona alterius, contra quem disputat. Vnde & postmodum improbat ea, ostendens quod non semper ex superbia peccatur. Potest tamen dici quod auctoritates illæ intelliguntur quantum ad exteriorem effectum superbiæ, qui est transgredi præcepta, quod inuenitur in quolibet peccato: non autem quantum ad interiorem actum superbiæ, qui est contemptus præcepti. Non enim semper peccatum fit ex contemptu: sed quandoque ex ignorantia, quandoque ex infirmitate, ut dictum est.

Ad secundum dicendum, quod quandoque aliquis committit aliquod peccatum secundum effectum, sed non secundum affectum. Sicut ille qui ignoranter occidit patrem, committit parricidium secundum effectum, sed non secundum affectum: quia hoc non intendebat. Et secundum hoc transgredi præceptum

cep
sec
per
A
pote
per d
do si
solu
le pe
sibi
catu
tur.
in qu
nem
excel
fir ge
Ad
speci
test in
prop
rebus

A
enim
flaco
obnu
scibil
est in
2
perbi
liando
rati.
deratio
inscibi
non est

ceptum Dei, dicitur esse contra Deum superbiere : secundum effectum quidem semper, non autem semper secundum affectum.

Ad tertium dicendum, quod peccatum aliquod potest corrumpere virtutem dupliciter. Vno modo per directam contrarietatem ad virtutem. Et hoc modo superbia non corrumpit quamlibet virtutem, sed solum humilitatem : sicut & quodlibet aliud speciale peccatum corrumpit quamdam specialem virtutem sibi oppositam, contrarium agendo. Alio modo peccatum aliquod corrumpit virtutem, abutendo ipsa virtute. Et sic superbia corrumpit quamlibet virtutem, in quantum scilicet ex ipsis virtutibus sumit occasionem superbiendi ; sicut ex quibuslibet alijs rebus ad excellentiam pertinentibus. Unde non sequitur quod sit generale peccatum.

Ad quartum dicendum, quod superbia attendit specialem rationem obiecti : qua tamen inueniri potest in diuersis materijs. Est enim inordinatus amor propriae excellentiae. Excellentia autem in diuersis rebus potest inueniri.

ARTIC. III.

Utrum superbia sit in irascibili sicut in subiecto?

Ad tertium sic proceditur. Videtur, quod superbia non sit in irascibili sicut in subiecto. Dicit enim Gregorius vigesimo tertio * Moralium, Obstacle veritatis tumor mentis est : quia dum inflat, obnubilat. Sed cognitio veritatis non pertinet ad irascibilem, sed ad vim rationalem. Ergo superbia non est in irascibili.

* 2 Præterea, Greg. dicit 24. † Moral. quod superbi non eorum vitam considerant, quibus se humiliando postponant, sed quibus superbiendo se præferunt. Et sic videtur quod superbia ex indebita consideratione procedat. Sed consideratio non pertinet ad irascibilem, sed potius ad rationalem. Ergo superbia non est in irascibili, sed potius in rationali.

¶ 3 Præ-

786
Mal. 2. 8.
ar. 3. q.
ver. 9. 1.
ar. 5. ad
10.

* c. 16. cir
ca fin.
* c. 12. pa
rta p.

¶ 3 Præterea, Superbia non solum quæ: it excellentiam in rebus sensibilibus, sed etiam in rebus spiritualibus & intelligibilibus. Ipsa autem principaliter consistit in contemptu Dei: secundum illud Ecclesiast. 10. Initium superbiæ hominis apostatare à Deo. Sed irascibilis cum sit pars appetitus sensitivi, non potest se extendere in Deum & in intelligibilia. Ergo superbia non potest esse in irascibili.

* sic. hu-
ius li. est
senten. ex
Aug. de
scriptis, c.
292. 30. 3
c. 36. an
te med.

¶ 4 Præterea, Ut dicitur in lib. * sententiarum. Prosperi, Superbia est amor propriæ excellentiæ. Sed amor non est in irascibili, sed in concupiscibili. Ergo superbia non est in irascibili.

SED contra est, quod * Gregorius in secundo Moralium, ponit contra superbiam, donum timoris. Timor autem pertinet ad irascibilem. Ergo superbia est in irascibili.

RESPONDEO dicendum, quod subiectum cuiuslibet virtutis vel vitij oportet inquirere ex proprio obiecto. Non enim potest esse aliud obiectum habitus vel actus, nisi quod est obiectum potentia, quæ virtute subijcitur. Proprium autem obiectum superbiæ est arduum. Est enim appetitus propriæ excellentiæ, ut dictum est * Vnde oportet quod superbia aliquo modo ad vini irascibilem pertineat. Sed irascibilis dupliciter accipi potest. Vno modo, propriè: & sic est pars appetitus sensitivi: sicut & ira propriè sumpta, est quædam passio appetitus sensitivi. Alio modo potest accipi irascibilis largius, scilicet ut pertineat etiam ad appetitum intellectuum: cui etiam quandoque attribuitur ira, prout scilicet attribuimus iram Deo & Angelis: non quidem secundum passionem, sed secundum iudicium iustitiæ iudicantis. Et tamen irascibilis sic communiter dicta, non est potentia distincta à concupiscibili, ut patet ex his quæ in primo dicta sunt. Si ergo arduum, quod est obiectum superbiæ, esset solum aliquid sensibile, in quod posset tendere appetitus sensitivus, oporteret quod superbia esset in irascibili, quæ est pars appetitus sensitivi. sed

a. 1. q. 2
huius 9.

q. 59. a. 4
et qu. 82.
art. 5. ad
3. q. 2.

Sed quia arduum, quod respicit superbia, communiter inuenitur & in sensibilibus & in spiritualibus rebus: necesse est dicere, quod subiectum superbiae sit irascibilis non solum proprie sumpta, prout est pars appetitus sensitiui, sed etiam communius accepta, prout inuenitur in appetitu intellectu. Vnde & in demonibus superbia ponitur.

Ad primum ergo dicendum, quod cognitio veritatis est duplex. Vna pure speculatiua: & hanc superbia indirecte impedit, subtrahendo causam. Superbus enim neque Deo intellectum suum subijcit, ut ab eo veritatis cognitionem percipiat: secundum illud Matthaei vndecimo, Abscondisti haec a sapientibus & prudentibus, id est, a superbis, qui sibi sapientes & prudentes videntur: & reuelasti ea paruulis, id est, humilibus. Neque etiam ab hominibus addiscere dignatur, eum tamen dicatur Eccles. 6. Si inclinaueris aurem tuam, scilicet humiliter audiendo, excipies doctrinam. Alia autem est cognitio veritatis, scilicet affectiua. Et talem cognitionem veritatis directe impedit superbia: quia superbi dum delectantur in propria excellentia, excellentiam veritatis fastidiunt: ut Gregorius dicit 23. * Moralium, quod superbi etsi secreta quaedam intelligendo percipiunt, eorum dulcedinem experiri non possunt: etsi nouerunt quomodo sunt, ignorant quomodo sapiunt. Vnde & Prouer. 11. dicitur, Vbi humilitas, ibi sapientia.

ca. 16. in fin.

Ad secundum dicendum, quod sicut supra dictum est *, Humilitas attendit ad regulam rationis rectae, secundum quam aliquis veram existimationem de se habet. Hanc autem regulam rectae rationis non attendit superbia: sed de se maiora existimat, quam sint. Quod contingit ex inordinato appetitu propriae excellentiae: quia quod aliquis vehementer desiderat facile credit: & ex hoc etiam eius appetitus in altiora fertur, quam sibi conueniat. Et ideo quaecumque conferunt ad hoc quod aliquis aestimet se supra id quod est, inducunt hominem ad superbiam: quorum vnu est quod

qu. praec. art. 2.

Sec. Sec. Vol. iij.

B b

aliquis

lib. 24. in
princ. ca.
12.

aliquis consideret defectus aliorum: sicut è contra Gregorius * ibidem dicit, quòd sancti viri virtutum consideratione vicissim sibi alios præferunt. Ex hoc ergo nõ habetur quòd superbia sit in rationali, sed quòd aliqua causa eius in ratione existat.

* in corpo
re art.
¶ li. 14. c.
7. a med.
¶ 8
9. co. 5.

Ad tertium dicendum, quòd superbia non est solum in irascibili, secundum quod est pars appetitus sensitivi, sed prout communius irascibilis accipitur: ut dictum est *.

Ad quartum dicendum, quòd sicut August. dicit 14. ¶ de Ciuitate Dei, amor præcedit omnes alias animi affectiones, & est causa earum. Et idè potest poni pro qualibet aliarum affectionum. Et secundum hoc superbia dicitur esse amor propriae excellentiæ, in quantum ex amore causatur inordinata præsumptio alios superandi: quod propriè pertinet ad superbiam.

ARTIC. I V.

Vtrum conuenienter à Gregorio assignentur quatuor superbiae species, scilicet aestimare bonum à seipso habere: sibi datum desuper, credere pro suis accepisse meritis: iactare se habere quod non habet, & despectis ceteris singulariter videri appetere habere quod habet?

787
2. d. 42. q.
2. a 4
Mal. 9. 8.
a 4 et 1.
Cor. 4. le.
2. col. 2. et
1. Eth. 3.
cor. 1. fi.
* ca 7. in
princ.

Ad quartum sic proceditur. Videtur, quòd inconuenienter assignentur quatuor superbiae species, quas Gregor. assignat 23 * Moralium dicens, Quatuor quippe sunt species, quibus omnis tumor arrogantium demonstratur: cum bonum aut à semetipsis habere se aestimant: aut si sibi datum desuper credunt, pro suis se hoc accepisse meritis putant: aut certe cum iactant se habere quod non habent: aut despectis ceteris singulariter videri appetunt habere quod habent. Superbia enim est vitium distinctum ab infidelitate, sicut etiam humilitas est virtus distincta à fide. Sed quòd aliquis aestimet bonum se non habere à Deo, vel quòd bonum gratiæ habeat ex meritis proprijs, ad infidelitatem pertinet. Ergo non deberet poni species superbiae.

¶ 2. Præ-

¶ 2 Præterea, Idem non debet poni species diuer-
 forum generum. Sed iactantia ponitur species menda-
 cii, vt supra habitum est *. Ergo non debet poni spe-
 cies superbiæ.

quæst. 110
 ar. 2.

¶ 3 Præterea, Quædam alia videntur ad superbiã
 pertinere quæ hic non connumerantur. Dicit enim
 Hieron. quòd nihil est tam superbum, quàm ingratum
 videri. Et August. dicit 14 * de Ciuitate Dei, quòd ex-
 cusare se de peccato commisso, ad superbiã perti-
 net. Præsumptio etiam, quæ quis tendit ad assequen-
 dum aliquid quod supra se est. maxime ad superbiã
 pertinere videtur. Non ergo sufficienter prædicta di-
 uisio comprehendit superbiæ species.

c. 14. 10. 5

¶ 4 Præterea, Inueniuntur alia diuisiones super-
 biæ. Diuidit * enim Anselmus exaltationem superbiæ,
 dicens quòd quædam est in voluntate, quædam in ser-
 mone, quædam in operatione. Bernardus etiam ponit
 duodecim † gradus superbiæ, qui sunt curiositas, men-
 tis leuitas, inepta læticia, iactantia, singularitas, ar-
 rogantia, præsumptio, defensio peccatorum, simula-
 ta confessio, rebellio, libertas, peccandi consuetudo,
 quæ non videtur comprehendi sub speciebus à Grego-
 rio * assignatis. Ergo videtur quòd insufficienter as-
 signentur.

in lib. de
 similitud.
 c. 24.

in tra. de
 12. grad.
 humil. in
 mod. 10.
 deinceps.
 li. 23. c. 7
 li. 23. Mo-
 ral. ca. 7.
 in princ.
 a. 1. et 3.

In contrarium sufficiat auctoritas Gregorij †.

RESPONDEO dicendum, quòd sicut dictum est *,
 Superbia importat immoderatum excellentiæ appeti-
 tum: qui scilicet non est secundum rationem rectam.
 Est autem considerandum quòd qualibet excellentiã
 consequitur aliquod bonum habitum. Quod quidem
 potest tripliciter considerari. Vno modo, secundum
 se. Manifestum est enim quòd quanto maius est bonũ
 quod quis habet, tanto per hoc excellentiã maio-
 rem consequitur. Et idè cum aliquis attribuit sibi ma-
 ius bonum quam habeat, consequens est quòd eius ap-
 petitus tendit in excellentiã propriam vltra modum
 sibi cõuenientem. Et sic est tertia species superbiæ, cum
 scilicet aliquis iactat se habere quod non habet. Alio

modo ex parte causæ, prout scilicet excellentius est quod aliquod bonum infit alicui à seipso, quam quod infit ei ab alio. Et ideo cum aliquis aestimat bonum quod habet ab alio, ac si haberet à seipso, fertur per consequens appetitus eius in propriam excellentiam supra suum modum. Est autem dupliciter aliquis causa sui boni. vno modo, efficienter. Alio modo, meritorie. Et secundum hoc sumuntur duæ primæ superbie species, scilicet cum quis à semetipso habere aestimat quod à Deo habet, vel cum propriis meritis sibi datum desuper credit. Tertio modo, ex parte modi habendi, prout excellentior aliquis redditur ex hoc, quod bonum aliquod excellentius cæteris possidet. Unde ex hoc etiam fertur inordinatè appetitus in propriam excellentiam. Et secundum hoc sumitur quarta superbie species, quæ est cum aliquis de speciebus cæteris singulariter vult videri.

Ad primum ergo dicendum, quod vera aestimatio potest corrumpi dupliciter. Vno modo, in vniuersali. Et sic in his quæ ad fidem pertinent, corrumpitur vera aestimatio per infidelitatem. Alio modo, in aliqua particulari eligibili. Et hoc non facit infidelitatem; sicut ille qui fornicatur, aestimat pro tempore illo bonum esse sibi fornicari. Nec tamen est infidelis, sicut esset si in vniuersali diceret fornicationem esse bonam. Et ita etiam est in proposito. Nam dicitur in vniuersali aliquod bonum esse quod non est à Deo, vel gratiam hominibus pro meritis dari, pertinet ad infidelitatem. Sed quod aliquis ex inordinato appetitu propriæ excellentiæ, ita de bonis suis gloriatur, ac si ea à se haberet, vel ex meritis propriis pertinet ad superbiam, & non ad infidelitatem, præprie loquendo.

Ad secundum dicendum, quod iactantis ponitur species mendacii, quantum ad exteriorem actum, quo quis falsò sibi attribuit quod non habet. Sed quantum ad interiorem cordis arrogantiam ponitur à Gregorio species superbie.

*Ioc. cit. in
arg. 1.*

Ad

Ad tertium dicendum, quod ingratus est qui sibi attribuit quod ab alio habet. Unde dux primæ superbiæ species ad ingratitudinem pertinent. Quod autem aliquis se excuset de peccato quod habet, pertinet ad tertiam speciem: quia per hoc aliquis attribuit sibi bonum innocentia quod non habet. Quod autem aliquis præsumptuosè tendat in id quod supra ipsum est, præcipuè videtur ad quartam speciem pertinere, secundum quam aliquis vult alijs præferri.

Ad quartum dicendum, quod illa tria quæ ponit Anselmus, accipiuntur secundum progressum peccati cuiuslibet: quod primo corde concipitur: secundo, ore profertur: tertio, opere perficitur. Illa autem duodecim quæ ponit Bernardus, sumuntur per oppositum ad duodecim gradus humilitatis: de quibus supra habitum est*. Nam primus gradus humilitatis est corde & corpore semper humilitatem ostendere, de-
qu. præc. art. 6.
 fixis in terram aspectibus: cui opponitur curiositas, per quam aliquis curiosè ubique & inordinatè circumspicit. Secundus gradus humilitatis est, ut pauca verba & rationabilia loquatur aliquis, non clamorosa voce: contra quem opponitur leuitas mentis, per quam scilicet homo superbè se habet in verbo. Tertius gradus humilitatis est, ut non sit facilis & promptus in risu: cui opponitur inepta lætitia. Quartus gradus humilitatis est taciturnitas vsque ad interrogationem: cui opponitur iactantia. Quintus gradus humilitatis est tenere, quod communis regula monasterij habet: cui opponitur singularitas, per quam scilicet aliquis sanctior vult apparere. Sextus gradus humilitatis est credere & pronuntiare se omnibus viliorem: cui opponitur arrogantia, per quam scilicet homo se alijs præfert. Septimus gradus humilitatis est ad omnia inuilem & indignum se confiteri & credere: cui opponitur præsumptio, per quam scilicet aliquis reputat se sufficientem ad maiora. Octauus gradus humilitatis est confessio peccatorum: cui opponitur defensio eorundem. Nonus gradus

humilitatis est in duris & asperis patientiam amplecti : cui opponitur simulata confessio , per quam scilicet aliquis non vult subire pœnam pro peccatis , quæ simulatè confiteretur . Decimus gradus humilitatis est obedientia : cui opponitur rebellio . Undecimus gradus humilitatis est , ut homo non delectetur facere propriam voluntatem ; cui opponitur libertas , per quã scilicet homo delectatur liberè facere quod vult . Vltimus autem gradus humilitatis est timor Dei : cui opponitur peccandi consuetudo , quæ implicat Dei contemptum . In his autem duodecim gradibus tanguntur non solum superbiæ species , sed etiam quædam antecedentia & consequentia , sicut etiam supra de humilitate * dictum est .

Ibidem.

ARTIC. V.

Utrum superbia sit peccatum mortale ?

788

4. dist. 33.
9. 1. 2. 3.
qu. 2. ad
3.
* est Aug.
in hoc lo
co Pf. 7.
10. 8.

6. 18. civ.
princ. &
6. 19.
ca. 22. in
princ. &
6. 23.

AD quantum sic proceditur . Videtur , quod superbia non sit peccatum mortale : quia super illud Psal. 7. Domine Deus meus si feci istud , dicit gloss. * scilicet vniuersale peccatum , quod est superbia . Si igitur superbia esset peccatum mortale , omne peccatum esset mortale .

¶ 2. Præterea , Omne peccatum contrariatur charitati . Sed superbia non videtur contrariari charitati neque quantum ad dilectionem Dei , neque quantum ad dilectionem proximi : quia excellentia quam qua inordinate per superbiam appetit , non semper contrariatur honori Dei , aut vilitati proximi . Ergo superbia non est peccatum mortale .

¶ 3. Præterea , Omne peccatum mortale contrariatur virtuti . Sed superbia non contrariatur virtuti , sed potius ex ea oritur : quia ut Gregorius dicit vigesimo quarto * Moralium , aliquando homo ex summis caelestibusque virtutibus intumescit . Ergo superbia non est peccatum mortale .

SED contra est , quod Gregor. in eodem libro ¶ dicit , quod euidentissimum reproborum signum est superbia : at contra , humilitas electorum . sed homines

nes non sunt reprobis pro peccatis venialibus. Ergo superbia non est peccatum veniale, sed mortale.

RESPONDEO dicendum, quod superbia humilitati opponitur. Humilitas autem proprie respicit subiectionem hominis ad Deum, ut supra dictum est. *9. prec. a. 1. ad 5.* Unde est contrario superbia proprie respicit defectum huius subiectionis, secundum scilicet quod aliquis se extollit supra id quod est sibi praefixum secundum divinam regulam vel mensuram: contra id quod Apostolus dicit 2. ad Cor. 10. Nos autem non in immensum gloriabimur, sed secundum mensuram quam mensus est nobis Deus. Et ideo dicitur Ecclesiast. 10. quod initium superbiae hominis est, apostatare a Deo: quia scilicet in hoc radix superbiae consideratur, quod homo aliquo modo non subijcitur Deo & regulae ipsius. Manifestum est autem, quod hoc ipsum quod est non subijci Deo, habet rationem peccati mortalis. Hoc enim est averti a Deo: unde consequens est, quod superbia secundum genus suum sit peccatum mortale. Sicut tamen in alijs quae ex suo genere sunt peccata mortalia, puta in fornicatione & adulterio, sunt aliqui motus qui sunt peccata venialia propter eorum imperfectionem; quia scilicet praeveniunt rationis iudicium, & sunt praeter eius consentium: ita etiam & circa superbia accidit, quod aliqui motus superbiae sunt peccata venialia, dum eis ratio non consentit.

Ad primum ergo dicendum, quod sicut supra dictum est, superbia non est uniuersale peccatum per suam essentiam, sed per quamdam redundantiam: in quantum scilicet ex superbia omnia peccata oriri possunt. Unde non sequitur quod omnia peccata sint mortalia: sed solum quando oriuntur ex superbia completa, quam diximus esse peccatum mortale. *ar. 1. in-
ius quae*

Ad secundum dicendum, quod superbia semper quidem contrariatur dilectioni divinae, in quantum scilicet superbus non se subijcit divinae regulae prout debet. Et quandoque etiam contrariatur dilectioni proximi, in quantum scilicet aliquis inordinate se praefert

proximo, aut ab eius subiectione se subtrahit: in quo etiam derogatur diuinæ regulæ, ex qua sunt hominum ordines instituti, prout scilicet vnus eorum sub alio esse debet.

Ad tertium dicendum, quod superbia non oritur ex virtutibus sicut ex causa per se, sed sicut ex causa per accidens, in quantum scilicet aliquis ex virtutibus occasionem superbiæ sumit. Nihil autem prohibet quin vnum contrariorum sit alterius causa per accidens, vt dicitur in octauo * Physic. Vnde etiam de ipsa humilitatē aliqui superbiunt.

ARTIC. VI.

Vtrum superbia sit grauisimum peccatorum?

AD sextum sic proceditur. Videtur, quod superbia non sit grauisimum peccatorum. Quanto enim aliquod peccatum difficilius cauetur, tanto videtur esse leuius. Sed superbia difficillimè cauetur: quia sicut Augustinus dicit in 4. regula, Cætera peccata in malis operibus exercentur vt fiant; superbia autem bonis operibus insidiatur, vt pereant. Ergo superbia non est grauisimum peccatorum.

¶ 2 Præterea, Maius malum maiori bono opponitur, vt Philosophus dicit in 8. Ethic. * Sed humilitas cui opponitur superbia, non est maxima virtutum, vt supra habitum est 4. Ergo & vitia quæ opponuntur maioribus virtutibus, puta infidelitas, desperatio, odium Dei, homicidium, & alia huiusmodi, sunt grauiora peccata, quàm superbia.

¶ 3 Præterea, Maius malum non punitur per minus malum. Sed interdum superbia punitur per alia peccata, vt patet ad Roman. 1. vbi dicitur quod Philosophi per elationem cordis traditi sunt in reprobum sensum, vt faciant quæ non conueniunt. Ergo superbia non est grauisimum peccatorum.

S E D contra est, quod super illud Psal. 118. Superbi inique agebant vsquequaque: dicit gloss. Maximum peccatum in homine est superbia.

R E S P O N D E O dicendū, quod in peccato duo attenduntur

2. cor. 8. 10
mo 2.

789
infr a 7.
ad 4. &
Ps. 18. si.
et 1. Cor.
12. le. 3.
co. 1.
¶ in 3. re-
gul et in-
cipit, an-
te omnia
fratres,
to 1. &
epif. 109
int prin.
& med.
to. 2.
* lib 8. c.
10. circa
prin. to. 5
¶ 9. prac.
art 5.

tur, scilicet conuersio ad commutabile bonum, quæ materialiter se habet in peccato: & auersio à bono incommutabili, quæ est formalis & completiua ratio peccati. Ex parte autem conuersionis non habet superbia quòd sit maximum peccatorum: quia celsitudo, quam superbus inordinatè appetit, secundum suam rationem non habet maximam repugnantiam ad bonum virtutis. Sed ex parte auersionis superbia habet maximam grauitatem: quia in alijs peccatis homo à Deo auertitur, vel propter ignoratiam, vel propter infirmitatem, siue propter desiderium cuiuscumque alterius boni. Sed superbia habet auersionem à Deo, ex hoc ipso quòd non vult Deo, & eius regulæ subijci. Vnde Boetius dicit, quòd cum omnia vitia fugiant à Deo, sola superbia se Deo opponit. Propter quod etiam specialiter dicitur Iacob 4. quòd Deus superbis resistit. Et ideo auerti à Deo & eius præceptis, quod est quasi consequens in alijs peccatis, per se ad superbiam pertinet, cuius actus est Dei contemptus.

Et quia id quod est per se semper, potius est eo quod est per aliud: consequens est quòd superbia sit grauissimum peccatorum secundum suum genus, quia excelsio in auersione quæ formaliter complet peccatum.

Ad primum ergo dicendum, quòd aliquod peccatum difficile cauetur dupliciter. Vno modo, propter vehementiam impugnationis: sicut ira vehementer impugnat propter suum impetum. Et adhuc difficilius est resistere concupiscentiæ propter eius connaturalitatem, vt dicitur in 2.^a Ethic. Et talis difficultas vitandi peccatum, grauitatem peccati diminuit: quia quanto aliquis minoris tentationis impetu cadit, tanto grauius peccat, vt Augustinus dicit. Alio modo difficile est vitare aliquod peccatum propter eius latentiam. Et hoc modo superbiam difficile est vitare: quia etiam ex ipsis bonis occasionem sumit, vt dictum est *. Et ideo signanter Augustinus ¶ dicit, quòd longe à bonis operibus insidiatur. Et in Psalm. 141. dicitur, In via hac qua ambulabam, absconderunt superbia.

l. 2. c. 3. non procul à fine 10 5. art. prac. ad 3. ¶ indica- tur i Epi. nota 56. post med. et 58. cir- ca primo, sed expris- se habetur Epif. 109 non longe an te mediu 10. 2.

bi laqueum mihi. Et ideo motus superbiæ occultè subrepens, non habet maximam grauitatem, antequam per iudicium rationis deprehendatur. Sed postquam deprehensus fuerit per rationem, tunc facile euitatur: tum ex consideratione propriæ infirmitatis, secundum illud Eccl. 10. Quid superbis, terra & cinis? Tum etiam ex consideratione magnitudinis diuinæ: secundum illud Iob 15. Quid tumer contra Deum spiritus tuus? Tum etiam ex imperfectiōe bonorum de quibus homo superbit: secundum illud Isaïæ quadragesimo, Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos agri. Et infra 64. Quasi pannus menstruata, vniuersa iustitiæ nostræ.

Ad secundum dicendum, quòd oppositio vitij ad virtutem, attenditur secundum obiectum: quod consideratur ex parte conuersionis. Et secundum hoc superbia non habet quod sit maximum peccatorum, sicut nec humilitas quòd sit maxima virtutum: sed ex parte auersionis est maximum, utpote alijs peccatis magnitudinem præstans. Nam per hoc ipsum infidelitatis peccatum grauius redditur, si ex superbiæ contemptu procedat, quam si ex ignorantia vel infirmitate proueniat. Et idem dicendum est de desperatione, & alijs huiusmodi.

Ad tertium dicendum, quòd sicut in syllogismis ducentibus ad impossibile, quandoque aliquis conuincitur per hoc quòd ducitur ad inconueniens magis manifestum: ita etiam ad conuincendum superbiam hominum, Deus aliquos punit, permittens eos ruere in peccata carnalia, quæ etsi sint minora, tamen manifestiorem turpitudinem continent. Vnde & Hieronimus dicit in lib. * de Summo bono, Omni vitio deteriori esse superbiam, seu propter hoc quòd a nominis personis & primis assumitur, seu quòd de opere iustitiæ, & virtutis exoritur, minusque culpa eius sentitur. Luxuria verò carnis ideo notabilis omnibus est, quoniam statim per se turpis est, & tamen dispensante Deo superbia minor est. Sed qui detinetur superbia,

*l. 2. c. 38.
in prin.*

bia, & non sentit, labitur in carnis luxuriam: vt per hanc
humilitas a confusione exurgat. Ex quo etiam patet
grauitas ipsius superbiae. Sicut enim medicus sapiens
in remedium maioris morbi, patitur infirmum etiam
in leuiorem morbum incidere, ita etiam peccatum su-
perbiae grauius esse ostenditur ex hoc ipso, quod pro
eius remedio Deus permittit homines ruere in alia
peccata.

ARTIC. VII.

Virum superbia sit primum omnium peccatorum?

790

Ad septimum sic proceditur. Videtur, quod su-
perbia non sit primum omnium peccatorum.

2. Cor. 12
1e 4. co. 2.

Primum enim saluatur in omnibus consequentibus. Sed
non omnia peccata sunt cum superbia, nec oriuntur
ex superbia. Dicit enim August. in lib. * de Natura &
gratia, quod multa perperam fiunt, quae non fiunt su-
perbe. Ergo superbia non est primum omnium pec-
catorum.

* c. 29. in
me. 10. 7.

¶ 2 Præterea, Eccl. 10. dicitur, quod initium super-
biae est apostatare à Deo. Ergo apostasia à Deo, est
prius quam superbia.

¶ 3 Præterea, Ordo peccatorum videtur esse se-
cundum ordinem virtutum. Sed humilitas non est pri-
ma virtutum, sed magis fides. Ergo superbia non est
primum peccatorum.

¶ 4 Præterea, Secundæ ad Tim. 3 dicitur, Mali ho-
mines & seductores proficiunt in peius. Et ita videtur
quod principium malitiæ hominis non sit à maximo
peccatorum. Sed superbia est maximum peccatorum,
vt dictum est *. Non est igitur primum peccatum.

art. præc.

¶ 5 Præterea, Id quod est secundum apparentiam,
& fictionem, est posterius eo quod est secundum ver-
ritatem. Sed Philosophus dicit in 3. * Ethic. quod su-
perbus est fictor fortitudinis & audaciæ. Ergo vitium
audaciæ est prius vitio superbiæ.

1. 2. Ethic.
c. 8.

Sed contra est, quod dicitur Eccles. 10. Initium
omnis peccati est superbia.

RESPONDEO dicendum, quod illud quod est
per

ari prac.

per se, est primū in quolibet genere. Dicitur est autem supra, * q̄ auersio à Deo, quæ formaliter complet rationem peccati, pertinet ad superbiam per se, ad alia autem peccata ex consequenti. Et inde est q̄ superbia, habet rationem primi peccati, & est etiam principia omnium peccatorum, vt supra dictum est *, cum de causis peccati ageretur ex parte auersionis, quæ principalior est in peccato.

1. 2. q. 84.
ar. 2. Idē
h̄c. Aug.
in ser. de
obed. &
humilita
te, 10. 9.

ar. 5. hu-
ins q. ad
2.

Ad primum ergo dicendum, quod superbia dicitur esse omnis peccati initium, non quia quodlibet peccatum singulariter ex superbia oriatur, sed quia quodlibet genus peccati natum est ex superbia oriri.

Ad secundum dicendum, q̄ apostatare à Deo dicitur esse superbiam humanam initium, non quasi aliquod aliud peccatum à superbia existens, sed quia est prima superbiam pars. Dicitur est * enim quod superbia principaliter respicit subiectionem diuinam, quam contemnit. Ex consequenti autem contemnit subijci creaturæ propter Deum.

Ad tertium dicendum, quod non oportet esse eundem ordinem virtutum & vitiorum: nam vitium est corruptiuum virtutis. Id autem quod est primū in generatione, est postremum in corruptione. Et ideo sicut fides est prima virtutis, ita infidelitas est vltimum peccatorum, ad quam homo quandoque per alia peccata perducitur. Vnde super illud Psal. 136. Exinanite exinanite vltimæ que ad fundamentum in ea, dicit gloss. quod coactione vitiorum subrept diffidentia. Et Apostolus dicit 1. ad Timoth. 1. quod quidam repellentes conscientiam bonam, circa fidem naufragauerunt.

Ad quartum dicendum, quod superbia dicitur esse grauisimum peccatorum, ex eo quod per se cõpetit principio, ex quo attenditur grauitas in peccato. Et ideo superbia causat grauitatem aliorum peccatorum. Contingit ergo ante superbiam esse aliqua peccata leuiora, quæ etiam ex ignorantia vel infirmitate cõmittuntur: sed inter grauiora peccata primū est superbia, sicut causa per quam alia peccata aggrauantur. Et quia id quod

id quod est primum in causando peccata, est etiam vltimum in recedendo: ideo super illud Pl. 18. Emundabor à delicto maximo, dicit gloss. * hoc est, à delicto superbia, quod est vltimum redeuntibus ad Deum, & primum recedentibus.

Ad quintum dicendum, quod Philof. ponit superbiã circa fictione fortitudinis, non quia solū in hoc consistat, sed quia per hoc homo reputat magis se posse excellentiã apud hoīes cōsequi, si audax vel fortis videat.

ARTIC. VIII.

Utrum superbia debeat poni vitium capitale?

791

D octauū sic proceditur. Videtur, quod superbia debeat poni vitium capitale. Isid. * enim & Cassianus enumerant superbiã inter vitia capitalia.

gl. interl. Pl. 18. & sumitur ex Aug. * l. 5. c. 1. & l. 12. c. 1 et seq.

¶ 2 Præterea, Superbia videtur esse idem inani gloria: quia vtraque excellentiam quærit. Sed inanis gloria ponitur vitium capitale. Ergo etiam superbia debet poni vitium capitale.

¶ 3 Præterea, Aug. dicit in lib. * de Virginit. quod superbia inuidiam parit, nec vnquam est sine tali comite. Sed inuidia ponitur vitium capitale, vt supra habitum est. Ergo multo magis superbia.

c. 31. cir. me. 10. 6. q. 36. a. 4 l. 31. c. 31

SED contra est, quod Greg. 31. * moral. non enumerat superbiã inter vitia capitalia.

RESPONDEO dicendum, quod sicut ex * supradictis patet, superbia dupliciter considerari potest. Vno modo secundū se, prout scilicet est quoddā speciale peccatū. Alio modo, secundū quod habet quandā vniuersalē influentiã in omnia peccata. Capitalia autē vitia ponuntur esse quoddā specialia peccata, ex quibus multa genera peccatorum oriuntur. Et ideo quidā considerantes superbiã, secundum quod est quoddā speciale peccatum, connumerauerunt eam alijs vitijs capitalibus.

a. 2. c. 5. ad 1.

Greg. * verò considerans vniuersalem eius influentiã quam habet in omnia vitia, vt dictū est, non connumerat eam alijs capitalibus vitijs: sed posuit eam reginam omnium vitiōrum & matrem. Vnde Gregorius dicit in 31. * Moralium, Ipsa vitiōrum regina, super-

l. 31. Mo. c. 31. ar. 2. huius qō. est q. 132. a. 5. * li. 31. c. 31. parū ante me.

398 QVÆST. CLXIII. ART. I.
superbia cum deuidum plene cor ceperit, mox illud septem principalibus vitijs, quasi quibusdam suis ducibus deuastandum tradit, ex quibus vitorum multitudines oriuntur.

Et per hoc patet responsio Ad primum.

Ad secundum dicendum, quod superbia non est idem inani gloriæ, sed causa eius. Nam superbia inordinate excellentiam appetit: sed inanis gloria appetit excellentiæ manifestationem.

Ad tertium dicendum, quod ex hoc quod inuidia, quæ est vitium capitale, oritur ex superbia, non sequitur quod superbia sit vitium capitale, sed quod sit aliquid principalius capitalibus vitijs.

QVÆST. CLXIII.

De peccato primi hominis, in quatuor articulis diuisa.

792 **D**Einde considerandum est de peccato primi hominis, quod fuit per superbiam. Et primo, de peccato eius. Secundo, de pena peccati. Tertio, de tentatione qua inductus est ad peccandum.

¶ Circa primum quaeruntur quatuor.

2. d. 22. **¶** Primo, vtrum primū peccatū hominis fuerit superbia?

4. 1. 2. 1. **¶** Secundo, quid primus homo peccando appetierit?

Et ma. 9. **¶** Tertio, vtrum eius peccatum fuerit grauius omnibus alijs peccatis?

7. 2. 7. ad 12. 13. **¶** Quarto, quis plus peccauerit, vtrum vir vel mulier?

16. Et Ro. 5. 10. 5. si. Et 1. Tit. 2. si.

¶ Vtrum primi hominis peccatum fuerit superbia? Ad primum sic proceditur. Videtur, quod superbia non fuerit primi hominis peccatum. Dicit enim

Apostolus ad Rom. 5. quod per inobedientiam vnus

hominis peccatores constituti sunt multi. Sed primi

hominis peccatum est ex quo omnes peccatores constituti sunt originali peccato. Ergo inobediencia fuit

primi hominis peccatum, & non superbia.

¶ 2. Præterea, Ambrosius dicit super Luc. quod eo ordine diabolus Christum tentauit, quo primum hominem deuicit. Sed Christus primò tentatus est de

gula,